

Feria quarta post Inuocavit

pacificorum. id ē. sacerdotum. quorū vita debet
esse talis q̄ sint in pace cum deo & cum proximis
dicendo officiū & missam deuote & distincte. als
aut si sint indeuoti & cōcubinarū & lusores &c. nō
habent pacem cum deo. sed guerram nec debent
celebrare &c. Caput victime est principium mis-
se. cauda est finis. Ideo dicit. Confitemini. id ē.
extoto fatemini. Et quia nō facitis. Ideo habe-
tis mortalitatis caristias. & siccitates terremor
&c. Ideo continuetis ecclesiam. quia inde habē-
tur omnia bona. Nota exemplum de sutori quo-
libet die missam audiente qui dixit aurum se in-
uenisse &c.

Feria quarta post dominicam primam in quadragesima

Wicunqz fecerit

Quoniam voluntatem patris mei qui in celis est
et soror et mater est. Matth. xij. In isto
euangelio hodierno habemus quattuor doctrinas
multum utiles et proficuas quas christus dedit iu-
deis et per eos venerunt ad nos.

Prima est doctrina reprehensua

Scda ē doctrīna cōmūnatiua
Furtio est p. extrīo e quisatiua

Quarta est doctrina informativa

Plautilla e doctrina informativa
Pico et prima est reprehensiva, quia

...bus respōdit. generatio prauia signū querit et nō dabitur ei nisi signū ione pphete. **Sicut em̄** Jo-
nas et vscq̄ ibi. noctibus. **Et dicunt̄** scribe non ab officio scribendi sed a noticia scripture. **Dica**
tur historia. **M**odo in isto textu nota stulticiam
illorum qui petebant a christo signum cum xp̄us
innumeris miraculis cōfirmasset suam doctrinā
curando cecos. surdos leprosos. adhuc petebāt
signum. patet ergo eorū stulticia. Item faciebat
alia signa maiora in animabus que valent plus
q̄ corp̄a. quia q̄plures dimissis peccatis et ma-
la vita cōuertebant et agebant penitentiā et c. **Jō**
Aug. ait. **H**agis est de impio iustum facere q̄
celum et terram creare. **I**z ipsi ut stulti petebant
alta signa ut faceret descendere ignē de celo. ip̄e
faciebat signa diuina et ipsi petebant signa q̄ pos-
sunt fieri p̄ creaturas ut patet de igne qui descen-
dit ministerio diaboli sup̄ oues Job. **E**ideo re-
spondit eis christus reprehendendo eos. di. ge-
neratio mala. id est. male viuēdo mortaliter. et ad
ultra. sc̄ ex ifidelitate. quia sicut mulier q̄ se dat
adulterio dicit adultera. Ita iudei recedentes a
christo dicunt̄ adulteri. **E**t iste defectus secund̄
sequit̄ ex primo. quia mala vita et peccata faciūt
creaturam adulterare. **I**deo dicit christus. Ge-
neratio mala sc̄ a do recedens. et adultera q̄tum
ad ifidelitatē. **N**uoniā excecauit eos malicia co-

rum. **S**apien. **iij.** **S**ed christus ex supabundatia pietatis dedit eis signū Ione prophete. **N**ota h̄ historiam breuiter de sentētia data p̄ dominū cōtra ciuitatem Nineue. ad quā ibat Jonas. **E**t in primo sermone p̄dicauit Jonas dicēs. **A**dhuc q̄ draginta dies sunt et Nineue subuertetur. **E**t cre diderunt viri nineuite dño et fecerunt penitentiā Ione. **iij.** **E**t facta penitētia p̄ tres dies fuit eis si gnificatum q̄ deus eis pepcit. **V**ale signū dixit christus dabo vobis q̄ filius hominis tribus di ebus erit in corde terre scz in lymbo. et die tertia resurget. quia exierit de corde belue vt ionas. **E**t prima dies est recipere fidem christianam. secunda dies recipere sanctum baptisma. tertia dies recipere obedientiam ad dei mandata. **I**stud etiaz signū datur nobis christianis. quia postq̄ homo pec cat mortaliter statim daf a deo sententia cōtra ta lem. **A**utoritas. **A**nima que peccauerit ipsa morietur. **Ezech. xviiij.** **I**deo recipiamus signū Jo ne vt simus in angustia penitentie. q̄ quasi belua dicit. **P**rima dies est cordis contritio. **S**econda oris confessio. **T**ertia opis satissatio. **D**icuntur em̄ dies. q̄r nō sunt sine claritate dei gratie. **II** Se cunda doctrina est cōminatiua. scz eterne damnationis dicit. viri nineuite surgent in iudicio cū generatione ista et condēnabunt eam. quia ege rūt penitentiā in predicatione Ione. **E**t ecce plus q̄ Iona hic. **E**t regina austri surget in iudicio cū generatione ista. et condēnabit eam. quia venit a fi nibus terre audire sapientiam salomonis. **E**t ec ce plusq̄ salomon hic. **U**t hoc melius intelliga is dica f̄ quomō viri Nineuite in primo sermo ne Ione se conuerterunt et fecerunt penitentiam et iudei noluerunt credere christo nec se conuer terunt. **I**do dicebat eis christus. viri nineuite te. **M**odo est difficultas q̄uo condemnatio intelli gitur. **R**esponsio q̄ intelligitur compatitue quē admodum pannus albus a nineu condemnat. q̄a qualis nihil est panni albedo respectu albedinis niuis. sic in iudicio modica et parua erit condem natio nineuitarum respectu iudeorum. sic etiā de nobis christianis. **M**oraliter sunt q̄plures qui diversis excusationibus excusant se ab hoc ieu nio quadragesime. **I**stos condēnabit beatus Nicolaus qui puer ieiunavit. **I**sta condemna tio est comparatiua. **I**dem de alijs peccatis ad libitum. et ecce **A**utoritas. **C**ondemnat autē iustus mortuus. viuos impios. iuuentus celerius consummata. longam vitam iusti. **S**apien. **iij.** **S**ecundo christus fuit cōminhatu s iudeis per reginam Saba. **iij.** **R**egi. **x.** **N**ota hic historiā qua liter venit de finib⁹ terre hierusalem. vt vide ret et audiret sapientiam Salomonis. **E**t forte venit de centum dietis. **E**t iudei nolebant christu audire imo dicebant. demonium habet et insani quid eum auditis. **Job. x.** **I**deo comminādo dixit christus iudeis. **R**egina austri. et condem

S. Nicolai
Geselsch.
nabt fürgst;

*Natura sap: 3^o
in iustitia et in iugis
Iusti legendus*

Regina Austri
ante judicio per
mortales 1766
Decembris,

Feria quarta post Inuocauit

nabit compatiue ut dixi. // Moraliter ex isti cōparationibus iesus christus ostēdit q̄ gentes dānant ex negligentia. vt sunt illi qui libēter audiunt sermones sed sunt negligentes. quia nesciūt auditæ exequi. ac si thesaurū acquisiſiūt nesciēt intraria bursa vel capſa congregare. Ita de vbo dei Job dicit Luc. xj. Beati qui audiūt verbū dei. et custodiunt illud. // Tertia doctrina ē auſatiua. s. de periculo quod iudeis imminebat di. Cum immundus spiritus exierit ab homine. ambulat per loca arida querēs requiē et nō inueniens. Tunc di. reuertar in domum meā. vnde exiui. Et cū venerit inuenit eam et vacuā scopis mūdatam et ornatā. Tunc vadit et assumit septē alios spiritus se nequiores et intrantes habitat ibi. et sunt nouissima homis illi⁹ peiora priorib⁹. sic erit generatio huic pessime. Jesus christus auſlando eos. s. iudeos declarat eis conditiōes diabolisdi. Cum immundus spiritus et c. loca arida sunt corda et corpora penitentū qui non habent humiditatem luxurie carnalitatis nec delectationis. nec auaricie nec gule et c. Nam istos temptat diabolus et nō suos. Ideo beatus Greg⁹. Illos temptare negligit quos quieto iure se possidē sentit. Et quādo nō potest caſtrum nouiter acquirere. reuertit ad domū vnde exiuit. quia tā scit eius introitus. et venit cum alijs septē et hunc nouissima homis illius peiora prioribus. quia dicunt medici q̄ peius est recidiū q̄ infirmitas. Quare ergo christus dicebat ista. ppter hoc. quia iudei a pñcipio predicationis christi cognoverūt ipsum esse verum messiam. vt dicit textus euangelij Matth. xxj. Dixerūt coloni. hic est heres vnite occidamus eum et habebim⁹ hereditatē ei⁹. et c. dicunt hic glo. q̄ iudei cognoverūt christum esse messiam. Ideo magn⁹ rabinus Nicodemus dixit xpo. Scimus quia a deo venisti magister. Job. iii. Sed quia christ⁹ corrigebat eos de peccatis publicis. diabolus rediit ad eos. ppter qđ christus p̄dicta dicebat. ideo beatus Petrus q̄ optime intellexit sermonē christi di. Si ergo irefugientes coinqinatiōes mundi in cognitione dñi nostri et salvatoris iesu christi. his rursus implicati supant facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Adelius em⁹ erat illis non cognoscere viam iusticie qđ post agnitionem retroſum cōuerti ab eo quod illis traditum ē sancto manda to. ii. Pet. ii. Moraliter si a nobis eūcimus dialolum p̄ penitentiam caueam⁹ ne reuertaſ p̄ recidiuum. als dicit christ⁹. Nemo mittens manū ad aratrum et respiciēs retro aptus est regno di et c. Luc. ix. Aratrum est penitentia. // Quarta doctrina est informatiua. de q̄ dicit thema. Qui cūq̄ fecerit voluntatem patris mei qui in celis ē ipse est me⁹ frater soror et mater. Dicaf tota vltima pars euangelij historialiter. quo cū christus p̄dicasset venit virgo maria mater eius cū parē

tibus suis quos scripture vocat fratres ex quo sunt vni⁹ generis. Hic habemus exemplū duarū doctrinarum. Et p̄ma est ordinatio charitatis et dilectionis. s. deum sup omnia diligere. secunda ē spiritualis opationis qđ opus sp̄iale non est dimittendum. p̄ parētib⁹ seu amicis ut ieiunare aut religionē intrare et hm̄oi. Item iudices habent h̄ exemplum ne in iudicio cognoscant parētēs seu amicos sed purā iusticiam. Et ideo dicit. q̄ dixerit patri suo vel matris sue. nescio vos et fratrib⁹ suis ignorō illos et nescierunt filios suos h̄ custodiunt eloquium tuum et pactum tuū seruauerūt iudicia tua o iacob. et legem tuā o israel et c. Peutero. xxij. Et nota cum dicit thema. Quicq̄ fecerit voluntatem. videt ergo q̄ faciendo voluntatem dei homo efficiat matr̄ christi. Dico q̄ sic. Nota gradus sp̄iales nam magna gratia creature fit quādo efficit filia christi in baptismo. sed maior quādo fit frater christi. sed m̄ltro maior qđ efficitur mater christi. vt patet de virginē Maria. Fili⁹ efficit homo in baptismo. ideo dicit. dedit eis potestatē filios dei fieri. Job. i. Frater aut̄ christi efficitur homo q̄ penitentiā quādo de peccatis post baptismū factis facit penitentiam. Et hoc em̄ christus et homo efficiunt filij eiusdē patris p̄ gratiam penitentialem. Et mater christi efficitur homo audiendo verbū dei. quia sicut mater christi concepit in vtero. ita homo in simonibus concipit christum in vtero conscientię. qđ pponit facere eius voluntatem. Parit aut̄ christum quādo conceptum. p̄positum exequi. Et de hoc est Autoritas. A facie tua domine concepimus et quasi parturiūm⁹ et peperimus spiritū Isa. xxvi. Nota a facie tua. s. in predicatione in qua deus cognoscitur ut homo in facie. de qua David in ps. Faciem tuam domine requiram. et c. Et quasi parturimus. Ecce generatio spiritualis. de qua David. Hec est generatio querentium dominum querentium faciem dei Jacob. Ps. xxij.

De eadem feria quarta post
vnicā p̄mā q̄dragesime. Sermo sc̄s
Asumit alios sp̄i
ritus septem nequiores se. Matth.
xii. Sermo erit de magna auſatiōe ut
caueatis a temptatione demonum et
peccatis. quia demones yellent q̄ omnes essemus
damnati cum eis. Ideo ne eorum temptationib⁹
damnemini volo vos auſfare in presenti sermōe
Sed p̄mo salutetur virgo Maria. Assumit et c.
Pro huius verbi declaratione et materie p̄dicā
de introductione. Sciendum q̄ doctrina est cō
muni in sancta theologia q̄ ex peccato primo
parentum totum genus humanum fuit captiu⁹
diaboli. Si dicatur et quare filii sunt captivi qui
non dum erant nati. Dico et respondeo p̄ similitu

Hic finis usq; ad finē ap̄dulcē vtilis